

SERMO SANCTI ANTONII PATAVINI: DOMINICA IN RAMIS PALMARUM

Dicamus ergo: "Cum appropinquasset Iesus Ierosolymis" etc. Nota quod hanc viam Dominus fecit, cum Ierosolymis venit: primo Bethaniam, de Bethania in Bethphage, de Bethphage ad montem Oliveti, et a monte Oliveti venit Ierosolymam. Quid ista primo allegorice significant et postea moraliter videamus.

Bethania, quae interpretatur domus obedientiae, vel domus doni Dei, aut domus gratificata Domino, significat beatam Mariam, quae voci Angeli obedivit, et ideo caeleste donum, Dei Filium, suscipere meruit, et sic super omnes Domino grata facta fuit. Unde de ea dicitur in Parabolis: "Multae filiae congregaverunt divitias, tu autem supergressa es universas" (Prov 31,29). Nullius sancti anima tantas divitias virtutum congregavit sicut sancta Maria, quae, propter insigne humilitatis, florem illaesum virginitatis Dei Filium, "qui est super omnia Deus benedictus" (Rom 9,5), meruit concipere et parturire.

Qui de hac Bethania venit in Bethphage, quae interpretatur domus buccae. Haec fuit ipsius praedicatio. Ad hoc enim primo venit in Bethaniam, idest accepit ex Virgine carnem, ut postea veniret ad praedicationem. Unde ipse dicit in Marco: "Eamus in proximos vicos et civitates, ut et ibi praedicem: ad hoc enim veni" (Mc 1,38).

Et de Bethphage venit ad montem Oliveti, idest misericordiae. "Eleos" enim misericordia interpretatur. Mons Oliveti excellentiam significat miraculorum, quae misericors et benignus caecis, leprosis, daemoniacis et mortuis misericorditer conferebat. Unde ipsi dicunt in Isaia: "Tu, Domine, pater noster, redemptor noster: a saeculo nomen tuum" (Is 63,16). "Pater noster" creatione, "redemptor noster" miraculorum operatione, "a saeculo nomen tuum," qui es Deus benedictus in saecula. Et de monte Oliveti venit Ierosolymam, negotium nostrae salutis, pro quo venerat, completurus, humanum genus, per quinque fere millia annorum inferni carcere captivum, suo sanguine de manu diaboli redempturus. Christus enim sic nos liberavit sicut quaedam avis, quae struthio dicitur, filium suum liberavit.

Fertur quod sapientissimus rex Salomon,

"Mentre Gesù si avvicinava a Gerusalemme", ecc. Nota che il Signore fece questo percorso, quando andò a Gerusalemme: prima arrivò a Betania, da lì si recò a Betfage, da Betfage al monte degli Ulivi, e dal monte degli Ulivi arrivò a Gerusalemme. Ne vedremo prima il significato allegorico e poi quello morale. Betania, che s'interpreta «casa dell'obbedienza», o «casa del dono di Dio», o anche «casa gradita al Signore», vuole significare la Vergine Maria, che obbedì alla voce dell'angelo e quindi meritò di accogliere il dono celeste, il Figlio di Dio, e così fu gradita al Signore più di tutti. Infatti è detto di lei: "Molte figlie hanno radunato ricchezze, ma tu le hai superate tutte" (Pro 31,29). Nessuno tra i santi ha accumulato nella sua anima tanta ricchezza di virtù quanto Santa Maria, la quale per la sua straordinaria umiltà, per il fiore incontaminato della verginità, meritò di concepire e di partorire il Figlio di Dio, «che è al di sopra di tutto, Dio benedetto nei secoli» (Rm 9,5).

Da Betania Gesù si recò a Betfage, che s'interpreta «casa della bocca». Raffigura la predicazione di Gesù. Per questo arrivò prima a Betania, cioè assunse umana carne dalla Vergine, per poi dedicarsi alla predicazione. Egli stesso dice in Marco: "Andiamo nei villaggi vicini e nelle città, perché io predichi anche là: per questo infatti sono venuto" (Mc 1,38).

E da Betfage si recò al monte degli Ulivi, cioè della misericordia. Èleos infatti s'interpreta «misericordia». Il monte degli Ulivi vuole indicare la grandezza dei miracoli che Gesù misericordioso e benigno operava a favore dei ciechi, dei lebbrosi, dei posseduti dal demonio e dei morti. E costoro dicono per bocca di Isaia: "Tu, Signore, sei il nostro padre, il nostro salvatore: questo è il tuo nome dall'eternità" (Is 63,16). "Nostro padre" per la creazione, "nostro salvatore" per i miracoli operati, "questo è il tuo nome dall'eternità" perché sei Dio benedetto nei secoli.

E dal monte degli Ulivi andò a Gerusalemme, a compiere l'opera della nostra salvezza, per la quale era venuto; per riscattare col suo sangue dalle mani del diavolo il genere umano, schiavo nel carcere dell'inferno da più di cinquemila anni. Quindi Cristo in questo modo ci ha liberati, come quell'uccello, detto struzzo, libera il suo nato. Si racconta che il sapientissimo re Salomone possedeva una specie di uccello, appunto uno struzzo, il cui nato aveva chiuso in un vaso di

quamdam avem, scilicet struthionem habuit, cuius filium in vase vitreo reclusit, quem mater dolens videbat et habere non poterat; tandem prae nimia filii dilectione abiit in desertum, in quo vermem invenit; inventum detulit, delatum super vas vitreum rupit; cuius sanguinis virtus vitrum confregit, et sic struthio filium liberavit. Quid avis, quid filius, quid vas vitreum et desertum, quid vermis et sanguis significant videamus. Ista avis significat divinitatem; filius, Adam et eius posteritatem; vas vitreum, carcerem infernalem; desertum, uterum virginalem; vermis, Christi humanitatem; sanguis, eiusdem Passionem. Deus ergo, ut humanum genus de carcere inferni, de manu diaboli liberaret, venit in desertum, idest Virginis uterum, ex qua accepit vermem, idest humanitatem. Unde ipse dicit: "Ego sum vermis et non homo" (Ps 21,7) tantum, quia Deus et homo. Hunc vermem in crucis patibulo rupit, ex cuius latere sanguis exivit, cuius virtus portas inferni confregit et humanum genus de manu diaboli liberavit.

Quid moraliter Bethania, Bethphage, mons Oliveti, Ierosolyma significant videamus. Dicit Ioannes in evangelio: "Iesus autem ante sex dies Paschae," idest in sabbato, quod est ante dominicam palmarum, "venit Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitavit Iesus. Fecerunt autem ei cenam ibi, et Martha ministrabat, Lazarus vero unus erat ex discumbentibus cum Iesu. Maria ergo accepit libram nardis pistici pretiosi, et unxit pedes Iesu" (Io 12,1-3). Matthaeus vero et Marcus dicunt quod effudit super caput eius recumbentis (cf. Mt 26,7; Mc 14,3). Bethania interpretatur domus afflictionis. Haec est contritio cordis, de qua Propheta: "Afflictus sum et humiliatus sum nimis, rugiebam a gemitu cordis mei" (Ps 37,9). In hac domo resuscitatur Lazarus, qui interpretatur adiutus. In domo enim contritionis peccator resuscitatur, cum divina gratia adiuvatur, unde dicit cum Propheta: "In ipso speravit cor meum et adiutus sum" (Ps 27,7). Cum cor sperat, gratia adiuvat. Tunc cor de indulgentia sperat, cum ipsum dolor contritionis pro peccato cruciat.

Sequitur: "Fecerunt autem ei cenam, et Martha ministrabat." Duae sorores peccatoris, a peccati morte resuscitati, Martha scilicet, quae provocans vel irritans, et Maria, quae

vetro: la madre lo guardava piena di dolore, ma non poteva averlo. Finalmente, per lo straordinario amore che nutriva per il figlio, andò nel deserto dove trovò un verme; lo portò via e lo lacerò sopra il vaso di vetro. Il potere del sangue di quello spezzò il vetro e così lo struzzo liberò il figlio. Vediamo che significato abbiano l'uccello, il nato, il vaso di vetro, il deserto, il verme e il suo sangue.

Questo uccello simboleggia la divinità; il suo nato raffigura Adamo e la sua discendenza, il vaso di vetro il carcere dell'inferno, il deserto il grembo verginale, il verme l'umanità di Cristo, il sangue la sua passione.

Dio, per liberare il genere umano dal carcere dell'inferno e dalla mano del diavolo, venne nel deserto, cioè nel grembo della Vergine, dalla quale assunse il «verme», cioè l'umanità. Egli stesso ha detto: «Io sono un verme e non un uomo» soltanto (Sal 21,7), perché era Dio e uomo. Lacerò questo verme sul patibolo della croce e dal suo fianco uscì il sangue, il cui potere spezzò le porte dell'inferno e liberò il genere umano dalla mano del diavolo.

Vedremo anche quale significato morale abbiano Betania, Bethphage, il monte degli Ulivi e Gerusalemme.

Dice Giovanni nel suo vangelo: «Gesù, sei giorni prima della Pasqua», cioè il sabato che precede la domenica delle Palme, «arrivò a Betania, dov'era morto Lazzaro, che poi egli aveva risuscitato. Gli fecero una cena: Marta serviva e Lazzaro era uno dei commensali, insieme con Gesù. Maria allora prese una libbra di puro (pisticus) nardo prezioso e ne cosparses i piedi di Gesù» (Gv 12,1-3). Invece Matteo e Marco dicono che versò il nardo profumato sopra il capo di Gesù, adagiato a mensa (cf. Mt 26,7; Mc 14,3). Betania s'interpreta «casa dell'afflizione». E questa è la contrizione del cuore, della quale parla il Profeta: «Sono afflitto e umiliato all'estremo: ruggisco per il fremito del mio cuore» (Sal 37,9). In questa casa è stato risuscitato Lazzaro, il cui nome s'interpreta «aiutato». Infatti nella casa della contrizione il peccatore viene risuscitato, viene aiutato con la grazia divina, e quindi dice con il Profeta: «In lui ha sperato il mio cuore e sono stato aiutato» (Sal 27,7). Quando il cuore spera, la grazia viene in aiuto. E il cuore può sperare nell'indulgenza e nel perdono, quando lo tormenta il dolore della contrizione per il peccato commesso.

«Allora gli fecero una cena e Marta serviva». Le due sorelle del peccatore risuscitato dalla morte

interpretatur stella maris, sunt timor poenae et amor gloriae. Timor poenae provocat peccatorem ad planctum et irritat quasi canem ad investigandum, ad confitendum peccatum et circumstantias peccati. Amor gloriae illuminat, timor satagit, amor inungit. "Martha", inquit, "ministrabat". Timor quid ministrat? Certe panem doloris, vinum compunctionis. Haec est cena Iesu, de qua dicit Matthaeus: "Cenantibus autem eis, accepit Iesus panem; et benedixit ac fregit, deditque discipulis suis. Et accipiens calicem, gratias egit, et dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes" (Mt 26,26-27).

"Lazarus vero unus erat ex discumbentibus cum Iesu." Ut non phantasma sed ut vera eius resurrectio probaretur, comedit et bibit. Quanta gratia! Peccator, qui prius occubuit, modo discumbit, cum Iesu et eius discipulis epulatur, qui prius ventrem, idest mentem, de siliquis porcorum, idest immunditiis daemonum, implere cupiebat, et nemo illi dabat (cf. Lc 15,16).

Sequitur: "Maria ergo accepit libram nardi pistici pretiosi." Libra duodecim unciis perficitur, et inde habetur perfecti ponderis genus, quia tot constat unciis quot mensibus annus. Dicta autem libra, quod sit libera et cuncta intra se pondera sint reclusa. Nardum pisticum, idest fidele et sine impostura, graecum est, "pistis" enim, graece, "fides" dicitur. Libra, duodecim unciis constans, est fides duodecim apostolorum, perfecta et libera. Maria ergo, idest amor gloriae caelestis, libra nardi pistici, idest fide apostolorum duodecim, inungit caput Divinitatis et pedes Humanitatis, Christum Deum et hominem, natum et passum, confitendo. Et ita domus, idest conscientia poenitentis, repletur ex odore unguenti (cf. Io 12,3), dicens cum sponsa in Canticis: O Domine Iesu, fune tui amoris trahe me post te, ut curram in odorem unguentorum tuorum (cf. Cant 1,3), ut de Bethania veniam in Bethphage.

Bethphage interpretatur domus buccae, et significat confessionem, in qua debemus esse velut mansionarii, non tamquam hospites unius noctis praetereuntis (cf. Sap 5,15), ne nobis veniat quod dicit Ieremias: "Haec dicit Dominus populo huic, qui dilexit movere pedes suos, et non quievit, et ideo non placuit; nunc recordabitur iniquitatum eorum, et visitabit peccata eorum" (Ier 14,10).

del peccato, Marta, il cui significato è «che provoca» o «che irrita», e Maria, che s'interpreta «stella del mare», sono il timore della pena e l'amore della gloria. Il timore della pena provoca il peccatore al pianto, e lo stimola quasi come un segugio a ricercare il peccato e a confessarlo con tutte le sue circostanze. L'amore della gloria illumina, il timore sprona, l'amore conforta. «Marta», dice, «serviva». Il timore che cosa serve? Certamente il pane del dolore e il vino della compunzione. Questa è la cena di Gesù, e di essa dice Matteo: «Mentre cenavano, Gesù prese il pane, lo benedisse, lo spezzò e lo diede ai suoi discepoli... E prendendo il calice, rese le grazie e lo diede loro dicendo: Bevetene tutti» (Mt 26,26-27).

«Lazzaro poi era uno dei commensali, insieme con Gesù». Perché non sembrasse un fantasma, ma fosse evidente la sua risurrezione, egli mangia e beve. Che grande grazia! Il peccatore, che prima era disteso nella tomba, ora è adagiato a mensa e banchetta con Gesù e i suoi discepoli; egli che prima bramava di riempirsi il ventre, cioè la mente, delle carrube dei porci, cioè delle sozzure dei demoni, e nessuno gliene dava (cf. Lc 15,16). «Maria allora prese una libbra di vero nardo prezioso». La libbra consta di dodici once: e qui abbiamo una specie di peso perfetto, perché consta di tante once quanti sono i mesi dell'anno. La libbra poi è così chiamata perché è «libera» e perché comprende in se stessa tutti i pesi. Nardo vero (genuino) è detto in latino pisticus, cioè autentico, senza contraffazioni, e deriva dal greco pistis, che vuol dire fede. La libbra, composta di dodici once, è la fede dei dodici apostoli, libera e perfetta. Maria dunque, cioè l'amore della gloria celeste, unge il capo della divinità e i piedi dell'umanità con una libbra di nardo genuino, riconoscendo che Cristo è Dio e uomo, che nacque e subì la passione. E così la casa, cioè la coscienza del penitente, viene riempita del profumo dell'unguento (cf. Gv 12,3), dicendo con la sposa del Cantico dei Cantici: O Signore Gesù, con la fune del tuo amore trascinami dietro a te, perché io corra nel profumo dei tuoi unguenti (cf. Ct 1,3), perché io da Betania arrivi a Betfage.

Betfage s'interpreta «casa della bocca», e sta ad indicare la confessione, nella quale dobbiamo essere come residenti, non come ospiti di una notte che è passata (cf. Sap 5,15), affinché non ci avvenga ciò che dice Geremia: «Così dice il Signore di questo popolo: gli è piaciuto tenere in movimento i piedi e non si è fermato; per questo

"Et de Bethphage venit ad montem Oliveti." Nota quod mons Oliveti dicebatur mons trium luminum, quia illuminabatur a sole, a seipso, a templo. A sole, quia, ad orientem positus, solis radios suscipiebat; a seipso propter abundantiam olei, quam habebat; a templo propter luminaria, quae nocte in ipso ardebant et sic montem illuminabant. Mons Oliveti est excellentia satisfactionis, ad quam debet venire poenitens de domo confessionis. Et bene satisfactio dicitur mons trium luminum. Homo enim, existens in poenitentiae satisfactione, illuminatur a sole iustitiae Iesu Christo, qui dicit: "Ego sum lux mundi" (Io 8,12); a se ipso, quia debet habere abundantiam olei, idest misericordiae, in se et in proximo. Unde Iob: "Visitans speciem tuam non peccabis" (Iob 5,24). Quidam sanctus ait: Numquam melius anima videbit per veritatem speciem suam supra se, quam si caro se inclinet per caritatem ad speciem suam infra se. Illuminatur etiam a templo, idest fidelium conventu, quibus dicit Apostolus: "Templum Dei sanctum est, quod estis vos" (1Cor 3,17).

Et de monte Oliveti venit Ierosolymam. Haec enim tria, cordis contritio, oris confessio, operis satisfactio, perducunt ad lumen, Ierusalem caelestem, in aeternam beatitudinem. Bene ergo dicitur: "Cum appropinquasset Iesus Ierosolymis" etc.

Sequitur secundum. "Tunc misit duos discipulos suos dicens eis: Ite in castellum quod contra vos est; et statim invenietis asinam alligatam, et pullum cum ea: solvite et adducite mihi" (Mt 21,1-2). Quid duo discipuli, quid castellum, quid asina et eius pullus moraliter significant videamus. Discipulus dictus, quod disciplinam discit. Castellum est ubi est murus in circuitu et turris in medio. Asinus vel asina dicta, quasi alta sinens; pullus quasi pollutus, quia recens est. Duo ergo discipuli viri iusti, qui disciplinam pacis discunt, sunt mundi despectio et cordis humiliatio.

Isti duo discipuli sunt Moyses et Aaron, qui Hebraeos educunt de Aegypto, duo vectes arcam testimonii portantes, duo cherubim propitiatorium versis vultibus prospicientes (cf. Ex 25,17-18). Per Moysen, qui, ut dicit Apostolus ad Hebraeos, maiores divitias existimavit thesauro Aegyptiorum improprium Iesu Christi (cf. Hebr 11,26), mundi despectio figuratur. Per Aaron, qui, ut dicitur in libro

non gli è gradito; ora egli ricorda le loro iniquità e visiterà (punirà) i loro peccati» (Ger 14,10). «E da Betfage andò al monte degli Ulivi». Ricorda che il monte degli Ulivi era detto il «monte delle tre luci» perché era illuminato dal sole, da se stesso e dal tempio: dal sole perché, rivolto a oriente, ne riceveva i raggi; da se stesso per l'abbondanza dell'olio che produceva; dal tempio, a motivo delle lampade che di notte vi ardevano e illuminavano anche il monte. Il monte degli Ulivi raffigura l'importanza della soddisfazione (penitenza) alla quale deve arrivare il penitente dalla casa della confessione. E giustamente la soddisfazione è detta «monte delle tre luci». Infatti l'uomo, stando nell'opera di penitenza, viene illuminato dal sole di giustizia Cristo Gesù, che dice di se stesso: «Io sono la luce del mondo» (Gv 8,12); viene illuminato da se stesso, perché deve essere fornito di olio abbondante, cioè di misericordia, verso se stesso e verso il prossimo; infatti dice Giobbe: «Visitando i tuoi simili non peccerai» (Gb 5,24). Disse un santo: «Mai l'anima potrà meglio vedere al di sopra di sé i suoi simili per mezzo della verità, come quando la carne si piega al di sotto di sé, verso il suo simile, per mezzo della carità». Sarà illuminato anche dal tempio, cioè dalla comunità dei fedeli, ai quali dice l'Apostolo: «Santo è il tempio di Dio, che siete voi» (1Cor 3,17). E dal monte degli Ulivi andò a Gerusalemme. Infatti queste tre cose, la contrizione del cuore, la confessione della bocca e l'opera di penitenza, che soddisfa il debito del peccato, conducono alla luce, alla Gerusalemme celeste, alla beatitudine eterna. Quindi giustamente è detto: «Gesù, essendosi avvicinato a Gerusalemme...», ecc.

«Allora Gesù mandò due dei suoi discepoli dicendo loro: «Andate nel villaggio che vi sta di fronte: subito troverete un'asina legata e con essa il suo puledro; scioglieteli e conduceteli a me» (Mt 21,1-2). Vedremo che cosa rappresentino in senso morale i due discepoli, il villaggio, l'asina e il suo puledro. Il discepolo è così chiamato perché impara la disciplina. Il villaggio è costituito da una muraglia che circonda tutt'all'intorno una torre, situata al centro. L'asino, o asina, è così chiamato perché, «lascia le cose alte» (alta sinens); puledro è come impuro (sporco), perché nato da poco. Quindi i due discepoli del giusto, che imparano la disciplina della pace, sono il disprezzo del mondo e l'umiltà del cuore. Questi due discepoli sono Mosè e Aronne che

Numeri, ignem extinxit et iram Dei, ne in populum desaeviret, sedavit (cf. Num 16,46-49), cordis humilitas designatur, quae extinguit ignem diabolicae suggestionis, et sedat iram divinae animadversionis. Isti duo discipuli, tamquam vectes inflexibiles, portant arcam testamenti, idest doctrinam Iesu Christi, vel obedientiam praelati; prospiciunt in propitiatorium, idest ipsum Iesum Christum, qui est propitiatio pro peccatis nostris (1Io 4,10); prospiciunt, inquam, in praesepio reclinatum, in cruce suspensum, in monumento sepultum.

Hos duos discipulos mittit vir iustus, dicens: "Ite in castellum quod contra vos est." Castellum, ut diximus, constat ex muro et turre: in muro temporalium abundantia, in turre diaboli superbia designatur. Sicut enim in muro lapis lapidi superponitur et caemento conglutinatur, sic in abundantia temporalium pecunia pecuniae additur, domus domui coniungitur, ager agro copulatur (cf. Is 5,8), et caemento cupiditatis tenaciter colligatur. De hoc muro dicit Isaias: "Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit, et viscera mea ad murum cocti lateris" (Is 16,11). Ieremias fere haec eadem verba ponit: "Cor meum," inquit, "ad Moab quasi tibia sonabit, et cor meum ad viros muri fictilis dabit sonitum tiliarum" (Ier 48,36). In ventre, mens; in cithara, vel tibia, praedicationis melodia designatur. Corde enim vel mente compuncta et praedicationis melodia Isaias et Ieremias, idest quilibet praedicator, debet sonare ad Moab, qui interpretatur ex patre, idest peccatorem, qui est ex patre diabolo, qui aedificat murum cocti et fictilis lateris, idest abundantiam temporalium: cocti, quia igne cupiditatis indurata, fictilis, quia cito casura. Item, in turre notatur diaboli superbia. Haec est turris Babel, idest confusionis, turris Siloe, quae, ut dicitur in Luca, corruens decem et octo homines interfecit (cf. Lc 13,4). Contra hoc castellum mittit vir iustus duos discipulos suos, mundi scilicet contemptum, ut abundantiae transitoriae murum diruat, et cordis humilitatem, ut turrim superbiae deiciat.

Et bene dicit: "quod est contra vos;" abundantia enim temporalis paupertati, superbia humilitati semper est contraria. In hoc castello asina alligata et pullus cum ea invenitur. Asina, alta sinens et per plana incedens, est vita clericorum et religiosorum, quae, relicta altitudine

fanno uscire gli ebrei dall'Egitto, sono le due stanghe che servivano per trasportare l'arca della testimonianza, sono i due cherubini che guardano il «propiziatorio» (il coperchio d'oro dell'arca), rivolti uno verso l'altro (cf. Es 25,17-18). In Mosè che, come dice l'Apostolo, «stimava l'obbrobrio di Cristo ricchezza maggiore dei tesori dell'Egitto» (Eb 11,26), è raffigurato il disprezzo del mondo. In Aronne che spense il fuoco e placò l'ira di Dio perché non infierisse su tutto il popolo (cf. Nm 16,46-49), è indicata l'umiltà del cuore che spegne il fuoco della suggestione diabolica e placa l'ira della punizione divina. Questi due discepoli, come due stanghe inflessibili, portano l'arca del testamento, cioè la dottrina di Gesù Cristo, oppure l'obbedienza al prelado. Guardano verso il propiziatorio, cioè verso lo stesso Gesù Cristo, che è «propiziazione» per i nostri peccati (cf. 1Gv 4,10); guardano, dirò ancora, a Cristo adagiato nella mangiatoia, inchiodato sulla croce, deposto nel sepolcro. Il giusto manda questi due discepoli, dicendo: «Andate nel villaggio (castello) che sta di fronte a voi». Il castello (villaggio) è costituito, come abbiamo già detto, di un muro perimetrale e di una torre: nel muro è indicata l'abbondanza delle cose temporali, nella torre la superbia del diavolo. Come nel muro si sovrappone pietra a pietra, e le pietre si saldano tra loro con il cemento, così nell'abbondanza delle cose temporali il denaro si aggiunge al denaro, si unisce casa a casa, si aggiunge campo a campo (cf. Is 5,8), e tutto si attacca tenacemente con il cemento della cupidigia. Di questo muro dice Isaia: «Il mio ventre suonerà a Moab come una cetra, e le mie viscere al muro di mattoni cotti (al fuoco)» (Is 16,11). E Geremia, quasi con le stesse parole: «Il mio cuore suonerà a Moab come i flauti, il mio cuore darà un suono di flauti per gli uomini del muro di mattone cotto» (Ger 48,36). Nel ventre è designata la mente, nella cetra o nel flauto la melodia della predicazione. Con cuore e mente compunti e con la melodia della predicazione, Isaia e Geremia, cioè ogni predicatore, deve suonare a Moab, che s'interpreta «dal padre», cioè al peccatore, che proviene da quel padre che è il diavolo, che costruisce il muro di cotto e di mattoni di argilla, cioè l'abbondanza dei beni temporali: cotto, perché indurito al fuoco della cupidigia, di argilla perché destinato a crollare. Parimenti nella torre è indicata la superbia del diavolo. Questa è la torre di Babele, cioè della confusione, la torre di Siloe che, come si legge nel vangelo di Luca, crollando uccise diciotto uomini

contemplationis, tamquam pigra et stolidam incedit per plana carnalis voluptatis. Heu! quot delectationum vinculis, quot peccatorum funiculis haec asina alligata tenetur! "Et pullum," inquit, "cum ea." Huius asinae pullus est clericus et religiosus, qui bene dicitur pullus, quia multis vitiis pollutus. Hic invenitur cum asina, ipsius ubera, gulae scilicet et luxuriae, a posterioribus lactando. Unde de eis conqueritur Dominus per Ieremiam: "Saturavi eos et moecati sunt, et in domo meretricis luxuriabantur" (Ier 5,7). Unde dicitur in eodem, quoniam lumbare ipsius Ieremiae computruit in flumine Euphrate, ita ut nulli usui aptum esset (cf. Ier 13,7). Lumbare enim castitatis clericorum et religiosorum in flumine Euphrate, qui interpretatur frugifer, idest abundantia temporalium - ex adipe enim procedit iniquitas -, ita computrescit, quod nulli usui apti sunt, nisi ut proiciantur in sterquilinum inferni.

"Solvite", inquit, "et adducite mihi." O Domine Iesu, quid est quod dicis? Quis est qui vincula clericorum et falsorum religiosorum, divitias et honores et voluptates, quibus alligati tenentur, potest solvere et eorum superbiam edomare et ad te adducere? "Omnes", inquit Ieremias, "sunt quasi equus impetu vadens" (Ier 8,6); et iterum dicit: "Factus est cursus eorum malus, et fortitudo eorum dissimilis" (Ier 23,10) a similitudine et imagine qua feci eos (cf. Gen 1,26); vel dissimilis a similitudine et imagine, quia non uno sed diversis vitiis sunt polluti. Unde subdit: "Propheta et sacerdos polluti sunt, et in domo mea inveni malum eorum. Facti sunt mihi omnes quasi Sodoma et Gomorra. Propterea haec dicit Dominus: Ecce ego cibabo eos absynthio," idest amaritudine mortis aeternae," et potabo eos felle," idest amaritudine remordentis conscientiae. "A prophetis enim Ierusalem," idest clericis et religiosis, "egressa est pollutio super terram" (Ier 23,11.14-15). "Solvite", inquit, "et adducite mihi." Contemptus mundi et humilitas animi omnia vincula solvunt, et asinam et pullum Domino adducunt.

Sequitur tertium. "Hoc totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam," scilicet Zachariam: "Dicite filiae Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, et sedens super asinam et pullum filium subiugalis" (Mt 21,4-5). Haec est littera in Zacharia: "Exulta satis, filia

(cf. Lc 13,4). Il giusto manda contro questo castello (villaggio) due suoi discepoli, cioè il disprezzo del mondo, perché faccia crollare il muro dell'abbondanza transitoria, e l'umiltà del cuore perché abbatta la torre della superbia. E dice giustamente: «che sta di fronte (lat. contra) a voi». L'abbondanza di questo mondo è sempre contraria alla povertà, e la superbia contraria all'umiltà. In questo castello si trova un'asina legata e con essa il suo puledro. L'asina, che lascia le cose alte e cammina in piano, rappresenta la vita dei chierici e dei religiosi che, abbandonata l'altezza della contemplazione, procede pigra e fatua tra le bassezze del piacere carnale. Ahimè, con quante catene di piaceri, con quante funi di peccati viene tenuta legata quest'asina! «E insieme ad essa un puledro» (asinello). Questo puledro di asina raffigura il chierico o il religioso, che giustamente è detto puledro (pullus), perché è macchiato (pollutus) da molti vizi. È trovato insieme con l'asina, attaccato alle sue mammelle, della gola e della lussuria, succhiando da tergo. Di entrambi si lamenta il Signore, con le parole di Geremia: «Io li ho saziati ed essi hanno fornicato, e nella casa della meretrice si sono dati alla lussuria» (Ger 5,7). E più avanti dice che la cintura di Geremia era marcita nel fiume Eufrate, di modo che non serviva più a nulla (cf. Ger 13,7). «La cintura di castità» di tanti chierici e di tanti religiosi imputridisce nel fiume Eufrate, che s'interpreta «fertile», e indica l'abbondanza di beni temporali - dalla pinguedine infatti proviene l'iniquità -, di modo che essi a nient'altro sono buoni, se non ad essere gettati nel letamaio dell'inferno. «Scioglieteli e portateli da me». O Signore Gesù, cos'è quello che dici? Chi mai potrà sciogliere le catene dei chierici e dei falsi religiosi, le ricchezze, gli onori e i piaceri con i quali sono tenuti legati, abbattere la loro superbia e condurli a te? «Tutti, dice Geremia, sono come un cavallo che corre impetuosamente» (Ger 8,6); «La loro corsa è verso il male e la loro forza è diversa» (Ger 23,10) dall'immagine, a somiglianza della quale li ho creati (cf. Gn 1,26); o anche è diversa perché non da un vizio solo, ma da diversi vizi sono contaminati. Perciò continua Geremia: «Sia il profeta che il sacerdote sono immondi, e nella mia casa ho trovato la loro malvagità. Tutti sono diventati per me come gli abitanti di Sodoma e Gomorra. Per questo dice il Signore: Io li ciberò di assenzio», cioè dell'amarezza della morte eterna, «e li abbevererò di fiele», cioè con l'amarezza del rimorso di coscienza. «Perché dai profeti di Gerusalemme», cioè dai chierici e dai

Sion; iubila, filia Ierusalem: ecce Rex tuus veniet tibi iustus et salvator; ipse pauper et ascendens super asinam, et super pullum filium asinae. Et dispergam quadrigam ex Ephraim, et equum de Ierusalem; et dissipabitur arcus belli" (Zach 9,9-10). Sion et Ierusalem, eadem civitas, quia Sion turris est in Ierusalem, caelestem Ierusalem significat, in qua est speculatio aeternitatis et visio continuae pacis. Filia huius est sancta Ecclesia, cui, o praedicatores, dicite: "Exulta satis" opere, "iubila" mente. Iubilus enim cum tanta laetitia corde concipitur quanta sermonis efficacia non expletur. "Ecce Rex tuus," de quo Ieremias: "Non est similis tui, Domine; magnus es tu, et magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te, o Rex gentium?" (Ier 10,6-7). Qui, ut dicitur in Apocalypsi, "habet in vestimento et in femore suo scriptum: Rex regum et dominus dominantium" (Apoc 19,16). Vestimentum eius panni sunt; femur est caro eius. In Nazareth enim carne coronatus est, tamquam diademate; in Bethleem pannis involutus est, tamquam purpura. Haec fuerunt prima insignia regni eius. In utroque saevierunt Iudaei, tamquam regno eum privare volentes; per ipsos enim in Passione et vestimentis suis spoliatus est et caro eius clavis affixa. Verum ibi magis consummatum est regnum eius; nam, post coronam et purpuram, non deerat ei nisi sceptrum; et hoc accepit, cum "baiulans sibi crucem," ut dicit Ioannes, "exivit in Calvariae locum" (Io 19,17); et Isaias: "Factus est principatus super humerum eius" (Is 9,6); et Apostolus ad Hebraeos: "Vidimus Iesum, per passionem mortis, gloria et honore coronatum" (Hebr 2,9).

"Ecce ergo rex tuus, tibi," idest ad utilitatem tuam, "venit mansuetus," ut ametur, non ut per potentiam timeatur, "sedens super asinam." Zacharias dicit: "Iustus et salvator, ipse pauper, ascendens super asinam." Propriae regis virtutes sunt duae: iustitia et pietas. Sic rex tuus iustus est, quoad iustitiam, reddens unicuique secundum opera sua; mansuetus et redemptor, quoad pietatem; ipse pauper, unde Apostolus in hodierna epistola: "Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens" (Phil 2,7). Quia Adam in paradiso noluit servire Domino, Dominus formam servi accepit, ut serviret servo, ut de cetero servus non erubesceret servire Domino.

religiosi, «è uscita l'empietà su tutta la terra» (Gn 23,11. 14-15).

«Scioglieteli, dice Gesù, e portateli a me!» Il disprezzo del mondo e l'umiltà dell'animo sciolgono tutti i legami e portano al Signore l'asina e il suo puledro.

«Tutto questo avvenne perché si adempisse ciò che era stato annunciato dal profeta», cioè da Zaccaria: «Dite alla figlia di Sion: Ecco, il tuo re viene a te mite, assiso su di un'asina e con un puledro, figlio di bestia da soma» (Mt 21,4-5). E queste sono, alla lettera, le parole di Zaccaria: «Esulta grandemente, figlia di Sion, giubila, figlia di Gerusalemme: Ecco, a te viene il tuo re; egli è giusto e salvatore. Egli è povero e siede su di un'asina, su un puledro figlio di asina. Disperderò le quadrighe da Efraim e i cavalli da Gerusalemme, e l'arco di guerra sarà spezzato» (Zc 9,9-10). Sion e Gerusalemme sono la medesima città, perché Sion è la torre di Gerusalemme, e raffigura la Gerusalemme celeste, nella quale c'è l'eterna contemplazione e la visione della pace assoluta.

La figlia di Sion è la santa chiesa alla quale, o predicatori, dovete dire: «Esulta grandemente nella fatica, giubila nel tuo animo». Il giubilo infatti nasce nel cuore con sì grande letizia, quanta non è in grado di esprimerne l'efficacia della parola. «Ecco il tuo re», del quale dice Geremia: «Non c'è nessuno come te, Signore: tu sei grande e grande è la potenza del tuo nome. Chi non ti temerà, o re delle nazioni?» (Ger 10,6-7). Egli, leggiamo nell'Apocalisse, «nel suo manto e nel suo femore porta scritto: Re dei re e Signore dei signori» (Ap 19,16).

Il manto rappresenta le sue fasce e il femore è la sua carne. A Nazaret infatti fu incoronato di carne umana, come di un diadema; in Betlemme fu avvolto in fasce, come di porpora. E queste furono le prime insegne del suo regno. Su entrambe le cose infierono i giudei, come se avessero voluto privarlo del suo regno: Cristo infatti nella passione fu da essi spogliato delle sue vesti e la sua carne fu confitta in croce con i chiodi. Ma lì il suo regno si è perfettamente affermato: infatti, dopo la corona e la porpora, non gli mancava che lo scettro. Ricevette anche questo quando, «portando la sua croce», come dice Giovanni, «s'incamminò verso il Calvario» (Gv 19,17). E Isaia: «Sulle sue spalle è posto il segno della sua sovranità» (Is 9,6); e l'Apostolo nella lettera agli Ebrei: «Abbiamo visto Gesù coronato di gloria e di onore, a motivo della morte che ha sofferto» (Eb 2,9).

"In similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo" (Phil 2,7). Unde Baruch: "Post haec in terris visus est, et cum hominibus conversatus est" (Bar 3,38). "Ut" est expressivum veritatis, non similitudinis. "Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis" (Phil 2,8). De qua dicit Augustinus: Redemptor noster captivatori nostro tetendit muscipulam crucem suam; posuit ibi escam sanguinem suum. Ille autem sanguinem fudit non debitoris, per quod recessit a debitoribus (cf. Hebr 2,14; 7,26). Et beatus Bernardus dicit de Christo: Tanti habuit obedientiam, ut vitam quam ipsam perdere maluerit, factus obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Qui non habuit ubi caput reclinaret (cf. Mt 8,20; Lc 9,58), nisi ubi, "inclinato capite, tradidit spiritum" (Io 19,30).

"Ipse "ergo" pauper." Unde Ieremias: "Expectatio Israel, salvator eius in tempore tribulationis, quare quasi colonus futurus es in terra, et quasi viator declinans ad manendum? Quia futurus es velut vir vagus, et fortis qui non potest salvare" (Ier 14,8-9). Deus noster, Dei Filius, quem expectabamus, advenit, et in tempore tribulationis, idest daemoniacae persecutionis, nos salvavit, et tamquam colonus, advena et peregrinus terram nostram excoluit, et aqua suae praedicationis rigavit. Qui fuit tamquam viator levis, idest a peccato immunis, explicans vias suas, quia "exultavit ut gigas ad currendam viam" (Ps 18,6); declinans caput in cruce, cum dixit: "Pater, in manus tuas commendo spiritum meum" (Lc 23,46), ad manendum in sepulcro tribus diebus et tribus noctibus. Hic dicitur "velut vir vagus" secundum Iudaeorum aestimationem, qui ipsum vagum et instabilem reputabant. Unde, cum diceret in Ioanne: "Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam" (Io 10,18), "multi ex ipsis dicebant: Daemonium habet, et insanit; quid eum auditis?" (Io 10,20). Propter formam servi, quam acceperat, impotens eis videbatur ad salvandum. Sed ipse fuit fortis vir, qui, manibus clavis confixis, diabolum superavit. "Ecce" ergo "rex tuus tibi venit mansuetus, sedens super asinam et pullum filium subiugatis," idest ipsius asinae sub iugo edomitae.

Oh! utinam tantum regem, tantum sessorem

«Ecco il tuo re, che viene a te», cioè per la tua utilità, «che viene mite», per essere amato, e non viene con la potenza per essere temuto, «seduto su di un'asina». Dice Zaccaria: «Giusto e Salvatore, eppure povero, seduto su un'asina». Le virtù proprie di un re sono due: la giustizia e la pietà. Così il tuo re è giusto perché, in fatto di giustizia, rende a ciascuno secondo le sue opere; è mansueto e redentore, in fatto di pietà; ed è anche povero: infatti nell'epistola di oggi è detto: «Annientò se stesso, assumendo la condizione di servo» (Fil 2,7). Poiché Adamo nel paradiso terrestre non volle servire il Signore, il Signore assunse la condizione di servo per servire il servo, affinché in futuro il servo non si vergognasse di servire il Padrone.

«Divenuto simile agli uomini, e per condizione riconosciuto come uomo» (Fil 2,7). Perciò dice Baruc: «Per questo è apparso sulla terra e ha vissuto tra gli uomini» (Bar 3,38). Quel «come» (lat. ut) esprime la verità, la realtà, e non la somiglianza. «Umiliò se stesso, facendosi obbediente fino alla morte, e alla morte di croce» (Fil 2,8).

Dice a questo proposito Agostino: «Il nostro Redentore appostò al nostro tiranno (predatore) la «trappola» della sua croce e vi collocò come esca il suo sangue. Egli versò il suo sangue, che però non era sangue di debitore, e per questo fu separato dai debitori (cf. Eb 2,14; 7,26). E il beato Bernardo dice di Cristo: «Ebbe in sì grande stima l'obbedienza che preferì perdere la vita piuttosto che l'obbedienza, fatto obbediente al Padre fino alla morte», e alla morte di croce. Egli che non ebbe dove posare il capo (cf. Mt 8,20; Lc 9,58), se non sulla croce, dove «reclinato il capo, rese lo spirito» (Gv 19,30).

«Egli fu povero». Dice infatti Geremia: «O aspettazione d'Israele, suo salvatore nel tempo della tribolazione, perché sarai in terra come un colono, e come un viandante che rinuncia a fermarsi? Perché sarai come un uomo errante, e come un forte incapace di salvare?» (Ger 14,8-9).

Il nostro Dio, il Figlio di Dio, colui che aspettavamo, è arrivato, e nel tempo della tribolazione, cioè della persecuzione diabolica, ci ha salvati, e come un colono, uno straniero, un pellegrino ha abitato la nostra terra e l'ha irrigata con l'acqua della sua predicazione. Egli fu come un viaggiatore senza bagaglio (levis), cioè immune dal peccato; compì il suo cammino perché «esultò come un gigante che percorre la via» (Sal 18,6); reclinò quindi il capo sulla croce quando disse: «Padre, nelle tue mani affido il mio

clerici et religiosi vellent suscipere et tamquam mansueta animalia eum suaviter portare, ut cum ipso in Ierusalem supernam mererentur introire. Sed, quia sunt filii Belial, idest absque iugo, qui "ambulaverunt", ut dicit Ieremias, "post vanitatem et vani facti sunt; et non dixerunt: Ubi est Dominus?" (Ier 2,5-6) qui confregerunt iugum et ruperunt vincula et dixerunt: "Non serviemus," ideo de eis subdit Dominus in Zacharia: "Disperdam quadrigam ex Ephraim, et equum de Ierusalem, et dissipabitur arcus belli." Quadriga, quae quattuor rotis volvitur, est abundantia clericorum, quae consistit in quattuor, in latitudine scilicet possessionum, in multiplicatione praebendarum et reddituum, in lautitia ciborum et lascivia vestium. Hanc quadrigam Dominus disperget, et ascensorem eius proiciet in mare (cf. Ex 15,1) infernale, et disperget equum, idest superbiam spumantem et effrenem religiosorum, qui, sub habitu religionis, sub praetextu sanctitatis, magnos se putant. Sed magnus et potens Dominus, qui humilia respicit, et magna deponit (cf. Ps 137,6), istum equum proiciet de Ierusalem caelesti, in quam nullus intrabit, nisi qui se humiliaverit sicut parvulus (cf. Mt 18,4), qui "se humiliavit usque ad mortem, mortem autem crucis."

moraliter. Rex sedens super asinam et pullum eius est iustus, carnem suam reprimens et appetitum eius refrenans. Unde Ieremias: "Virgo Israel, adhuc ornaberis tympanis tuis, et egredieris in choro ludentium" (Ier 31,4). In tympano, quod est pellis mortua in ligno extensa, carnis mortificatio; in choro, ubi voces consonant, unitatis concordia designatur. Anima ergo tympanis ornatur et in choro ludentium egreditur, cum carnis mortificatione et unitatis concordia decoratur. "In tympano," inquit Propheta, "et choro laudate Deum" (Ps 150,4).

Aliter, rex sedens super asinam est episcopus, regens plebem sibi commissam, de quo dicit Salomon in Ecclesiaste: "Beata terra," idest Ecclesia, "cuius rex nobilis est, et cuius principes," idest praelati, "vescuntur in tempore suo, ad reficiendum et non ad luxuriam" (Eccle 10,7). Tantum comedunt ut vivant, non vivunt ut comedant; vel "vescuntur in tempore suo," quia non quaerunt hic remunerationem sed in futuro. Iste rex debet esse, ut supra dictum est, mansuetus, iustus, salvator et pauper.

spirito» (Lc 23,46), e poi restò chiuso nel sepolcro tre giorni e tre notti.

Qui è detto «uomo errante», in base alla valutazione dei giudei che lo reputavano girovago e incostante. Per questo, quando disse: «Ho il potere di offrire la mia vita e di riprenderla di nuovo» (Gv 10,18), «molti di loro dicevano: Ha un demonio ed è fuori di sé; perché lo state ad ascoltare?» (Gv 10,20). A motivo della condizione di servo, che aveva assunto, sembrava loro privo del potere di salvare. Ma egli fu «l'uomo forte» che, con le mani trafitte dai chiodi, vinse il diavolo. «Ecco, dunque, a te viene il tuo re, mite, seduto su di un'asina e con un puledro, figlio di bestia da soma», cioè della stessa asina domata con il basto.

Oh, volessero i chierici e i religiosi accogliere un sì grande re, un sì nobile «cavaliere», e portarlo devotamente come fecero quei miti animali, per essere degni di entrare con lui nella superna Gerusalemme. Ma siccome sono figli di Belial, cioè «senza giogo» e, come dice Geremia, «sono andati dietro a ciò che è vano e sono divenuti essi stessi vanità; e non hanno domandato: Dov'è il Signore?» (Ger 2,5-6), hanno spezzato il giogo e strappate le corde e hanno detto: «Non serviremo!»: per tutto questo il Signore, per bocca di Zaccaria, dice di essi: «Disperderò le quadrighe da Efraim e il cavallo da Gerusalemme, e sarà spezzato l'arco di guerra». La quadriga, che gira su quattro ruote, rappresenta l'abbondanza nella quale vivono i chierici; abbondanza che consiste in quattro cose: nell'estensione delle proprietà, nell'accumulo delle prebende e dei redditi, nella sontuosità dei cibi e nel lusso delle vesti. Il Signore disperderà questa quadriga e scaglierà nel mare dell'inferno chi vi è sopra (cf. Es 15,1); sterminerà il cavallo, cioè la superbia schiumosa e sfrenata dei religiosi i quali, sotto l'abito della religione, sotto il pretesto della santità, si ritengono grandi.

Ma il Signore grande e potente, che guarda gli umili e abbatte i grandi (cf. Sal 137,6), scaccerà questo cavallo dalla Gerusalemme celeste, nella quale nessuno entrerà, se non chi si sarà umiliato come un bambino (cf. Mt 18,4), come lui che si è umiliato fino alla morte, e alla morte di croce.

Senso morale. Il re che siede sull'asina e sul suo puledro raffigura il giusto che mortifica la sua carne e frena i suoi stimoli. Dice Geremia: «Vergine d'Israele, ti ornerai nuovamente dei tuoi timpani e uscirai nel coro dei festanti» (Ger 31,4). Nel timpano, che è la pelle di un animale morto, tesa su di un cerchio di legno, è indicata la

Mansuetus, circa subditos; iustus, circa superbos, infundens vinum et oleum; salvator, circa pauperes; pauper, inter divitias. Vel, mansuetus in illata iniuria; iustus in reddenda unicuique sua iustitia; salvator in praedicatione et oratione; pauper cordis humilitate et sui ipsius despectione.

Beata asina, beata Ecclesia, quae talem habet sessorem. Sed episcopus nostri temporis est sicut Balaam, sedens super asinam, quae angelum videbat, quem Balaam videre non poterat (cf. Num 22,21-30). Balaam interpretatur praecipitans fraternitatem, vel turbans gentem, vel devorans populum. Hic est inutilis truncus, episcopus infamatus, qui malo suo exemplo praecipitat fraternitatem fidelium in peccatum, et postmodum in infernum; sua insipientia, quia idiota, turbat gentem; sua avaritia devorat populum. Iste talis, sedens super asinam, non dico videt angelum, sed videt diabolum, qui eum nititur praecipitare in infernum. Sed plebs simplex, dum recte credit, dum bene agit, videt angelum magni consilii, diligit et cognoscit Filium Dei.

Sequitur quartum. "Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in terra; alii vero caedebant ramos de arboribus et sternebant in via; turbae quae praecedebant et quae sequebantur clamabant dicentes: Hosanna filio David! Benedictus qui venit in nomine Domini" (Mt 21,8-9). Nota ista tria: "straverunt vestimenta sua, caedebant ramos, clamabant: Hosanna!" Vestimenta sunt nostri corporis membra, quibus vestitur anima, de quibus dicit Salomon: "Omni tempore sint vestimenta tua candida" (Eccle 9,8). Haec debemus in via sternere, idest pro nomine Iesu morti et passioni exponere, ut ipsa gloriosa et immortalia in generali resurrectione mereamur recipere, quando hoc mortale induet immortalitatem et corruptibile hoc incorruptionem (cf. 1Cor 15,53).

Rami sunt sanctorum patrum exempla, de quibus dicit Dominus in Levitico: "Sumetis vobis fructus arboris pulcherrimae spatulasque palmarum, et ramos ligni densarum frondium, et salices de torrente, et laetabimini coram Deo vestro" Lev 23,40). Arbor pulcherrima est gloriosa Virgo Maria cuius fructus fuerunt humilitas et paupertas. Palmae fuerunt apostoli, qui de hoc mundo palmam victoriae

mortificazione della carne; nel coro, in cui le voci sono in accordo, è raffigurata la concordia dell'unità. Quindi l'anima è ornata con i timpani ed esce nel coro dei festanti, quando è come adorna della mortificazione della carne e della concordia dell'unità. Dice il profeta: «Con il timpano e con il coro lodate il Signore» (Sal 150,4).

Altro significato. Il re che siede sull'asina è il vescovo, che governa il popolo che gli è affidato, del quale dice Salomone: «Beata la terra», cioè la chiesa, «il cui re è nobile e i cui principi», cioè i prelati, «si nutrono al tempo giusto, per rifocillarsi e non per gozzovigliare» (Eccle 10,17). «Mangiano solo per vivere, e non vivono per mangiare» (Glossa); «si nutrono al tempo giusto», perché non cercano quaggiù la ricompensa, ma guardano a quella futura. Questo re dev'essere - come abbiamo detto sopra - mansueto, giusto, salvatore e povero. Mansueto verso i sudditi; giusto con i superbi, versando vino e olio; salvatore nei riguardi dei poveri; povero, pur tra le ricchezze. O anche: mansueto se riceve un'ingiuria; giusto esercitando la giustizia verso chiunque; salvatore con la predicazione e con l'orazione; povero per l'umiltà del cuore e il disprezzo di sé.

Beata l'asina (sic), beata la chiesa, che ha un simile reggitore (sessore). Al contrario, il vescovo di questo nostro tempo è come Balaam, seduto sopra l'asina: essa vedeva l'angelo, mentre Balaam non poteva vederlo (cf. Nm 22,21-30). Balaam s'interpreta «che demolisce la fraternità», oppure «che turba la gente», o anche «che divora il popolo». Un vescovo scandaloso è un albero inutile: con il suo cattivo esempio demolisce la fraternità dei fedeli e la precipita prima nel peccato e poi nell'inferno; con la sua stoltezza, giacché è anche inetto, sconcerta i fedeli; con la sua avarizia divora il popolo. Costui, assiso sopra l'asina, non solo non vede l'angelo, ma vi assicuro che vede il diavolo, pronto a precipitarlo all'inferno. Invece il popolo semplice, che ha una fede retta e che vive onestamente, vede l'angelo del Sommo Consiglio, riconosce e ama il Figlio di Dio.

«La folla numerosissima stese le sue vesti per terra: alcuni tagliavano rami dagli alberi e li stendevano sulla via; le folle che precedevano e quelle che seguivano, gridavano dicendo: Osanna al Figlio di Davide! Benedetto colui che viene nel nome del Signore!» (Mt 21,8-9). Fa' attenzione a questi tre fatti: stesero le proprie vesti, tagliavano i rami, e gridavano: Osanna! Le vesti raffigurano le membra del nostro corpo, con le quali si veste

apportaverunt. Spatulae sunt fructus palmarum antequam aperiantur, per quas intelligimus fidem, spem et caritatem apostolorum. Lignum densarum frondium est crux Iesu Christi, qui densas fidei frondes per totum mundum expandit.

Rami huius ligni fuerunt quattuor cornua crucis, quae fuerunt in manibus Christi. In his quattuor cornibus fuerunt quattuor lapides pretiosi, qui sunt misericordia, obedientia, patientia et perseverantia. In superiori cornu fuit misericordia, in dextero obedientia, in sinistro patientia, in inferiori perseverantia. Salices de torrente, quae in viriditate permanent, omnes sanctos significant, qui in torrente istius fluxibilis mortalitatis virides in bono opere perseveraverunt.

"Sumamus" ergo "nobis fructus arboris pulcherrimae," idest paupertatem et humilitatem Virginis Mariae, "spatulasque palmarum," idest fidem, spem, caritatem apostolorum, "et ramos ligni densarum frondium," idest misericordiam, obedientiam, patientiam et perseverantiam Passionis Iesu Christi, "et salices de torrente," idest virentia opera omnium sanctorum; "et laetemur coram Domino Deo nostro," Iesu Christo, dicentes cum turbis et Hebraeorum pueris: "Hosanna filio David, Benedictus qui venit in nomine Domini, Hosanna in excelsis" (Mt 21,9).

Hosanna interpretatur salus, vel salva, obsecro. "Hosanna" ergo, idest salus est "filio David" vel a filio David vel filio, idest per filium. "Benedictus", idest immunis a peccato, et ideo singulariter benedictus es, o tu Christe, "qui venis in nomine Domini," idest in honorem Dei Patris, vel "qui venis," idest qui venturus es; nam, qui primum in forma servi apparuisti, tandem in gloria Domini apparebis. "Hosanna in excelsis," idest salva in excelsis, quasi diceret: Qui salvasti redimendo in terris, salva, obsecramus, collocando nos in caelis.

Obsecramus ergo, benedicte Iesu, ut Ierusalem appropinquare nos facias per timorem et amorem tuum; de castello huius peregrinationis ad te nos reducas; super animas nostras tu, rex noster, requiescas: ut cum pueris, quos de hoc mundo elegisti, scilicet apostolis, in sancta civitate, aeterna beatitudine, te benedicere, te laudare et glorificare mereamur. Te praestante, cui est honor et gloria per aeterna saecula.

l'anima: di esse dice Salomone: «In ogni tempo siano candide le tue vesti» (Eccle 9,8). Dobbiamo stenderle sulla via, vale a dire essere pronti ad esporle alla passione e alla morte per il nome di Gesù, per meritare di riaverle gloriose e immortali nella risurrezione finale, quando questo corpo corruttibile si vestirà di incorruttibilità e questo corpo mortale si vestirà di immortalità (cf. 1Cor 15,53).

I rami sono gli esempi dei santi padri, dei quali dice il Signore: «Vi prenderete i frutti dell'albero più bello, spate di palma, rami di alberi dalle dense fronde e salici di torrente e gioirete davanti al vostro Dio» (Lv 23,40). L'albero più bello è la gloriosa Vergine Maria, i cui frutti furono l'umiltà e la povertà. Le palme furono gli apostoli, che riportarono vittoria su questo mondo. Le spate sono i frutti delle palme, prima di aprirsi: in esse vediamo la fede, la speranza e la carità degli apostoli. L'albero dalle dense fronde è la croce di Cristo, che ha allargato le dense fronde della fede in tutto il mondo.

I rami di quest'albero furono le quattro estremità della croce, alle quali furono inchiodati i piedi e le mani di Cristo. In queste quattro estremità ci furono quattro pietre preziose: la misericordia, l'obbedienza, la pazienza e la perseveranza. Nell'estremità superiore ci fu la misericordia, in quella destra l'obbedienza, in quella sinistra la pazienza, e in quella inferiore la perseveranza. I salici del torrente, che restano sempre verdi, raffigurano tutti i santi, che nel torrente di questa vita mortale e passeggera sono rimasti sempre verdi nell'operare il bene.

Prendiamoci dunque i frutti dell'albero più bello, vale a dire la povertà e l'umiltà della Vergine Maria, le spate delle palme, cioè la fede, la speranza e la carità degli apostoli, i rami dell'albero di dense fronde, cioè la misericordia, l'obbedienza, la pazienza e la perseveranza della passione di Gesù Cristo, i salici del torrente, vale a dire le rigogliose opere di tutti i santi, ed esultiamo davanti al Signore, nostro Dio, Gesù Cristo, gridando con le turbe e con i fanciulli degli ebrei: «Osanna al Figlio di Davide! Benedetto colui che viene nel nome del Signore! Osanna nel più alto dei cieli!» (Mt 21,9).

Osanna s'interpreta «salvezza», oppure «salva, ti scongiuro!». Osanna dunque, cioè la salvezza appartiene al Figlio di Davide, o viene dal Figlio di Davide o per mezzo del Figlio. Benedetto, cioè immune dal peccato: quindi sei benedetto in modo particolare tu, o Cristo, che vieni nel nome del Signore, cioè in onore del Padre, oppure «che

Amen. Dicat omnis fidelis anima: Amen.

vieni», cioè che verrai. Infatti tu che dapprima sei apparso nella condizione di servo, verrai alla fine quale glorioso Signore. Osanna nell'alto dei cieli, cioè «salva nell'alto dei cieli»; quasi a dire: Tu che hai salvato in terra con la redenzione, salva, te ne scongiuriamo, dandoci un posto nei cieli.

Ti scongiuriamo, dunque, o Gesù benedetto: fa' che anche noi ci avviciniamo a Gerusalemme con il tuo timore e con il tuo amore. Riportaci a te dal villaggio di questa peregrinazione terrena; ripòsati, tu, nostro re, nell'anima nostra, affinché insieme con i fanciulli che hai scelto da questo mondo, cioè con gli apostoli, siamo fatti degni di glorificarti, di lodarti, di benedirti nella città santa, nell'eterna beatitudine. Accordacelo tu, cui è onore e gloria per i secoli eterni. Amen. E ogni anima fedele risponda: Amen!